

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Discere e
cum fonte primo

Multos hoc decipit quod ante tempus sapientes uideri uolunt.

Vt iam et simulare incipient quod non sunt et quod sunt erubescere
et eo longius a sapientia recedunt quo non esse sapientes
sed putari putant.

Sed si magnorum et sapiencium uel scripta audierint uel uerba:
nos, inquiunt, uidimus illos; nos ab illis legimus.
Sepe nobis loqui illi solebant.
Illi summi, illi famosi cognouerunt nos.
Sed utinam me nemo agnoscat et ego cuncta nouerim.

Ibidem (Hugo libro III. didascalicon).

multos hoc decipit, quod ante tempus, sapientes uideri uolunt.

hinc namque in quendam elationis tumorem prorumpunt,
ut iam et simulare incipient quod non sunt et quod sunt erubescere,
eoque longius a sapientia recedunt quo non esse sapientes,
sed putari putant.

eiusmodi multos novi, qui, cum primis adhuc elementis indigeant,
non nisi summis interesse dignantur,
et ex hoc solummodo se magnos fieri putant,

si magnorum et sapientium uel scripta legerint uel audierint uerba.

'nos,' inquiunt, 'uidimus illos. nos ab illis legimus.

saepe nobis loqui illi solebant.

illi summi, illi famosi, cognouerunt nos.'

sed utinam me nemo agnoscat et ego cuncta nouerim!

Hugo de sancto Victore, *Didascalicon de studio legendi*, 3.13
(C.H. Buttimer ed., p.62, ll.1-11).